Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte

Herausgeber: Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel

Band: 14=4 (1896)

Artikel: Franz Hotmann, ein französischer Gelehrter, Staatsmann und Publicist des XVI. Jahrhunderts

Autor: [s.n.]

Kapitel: XXII

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-111154

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Siehe Rechtliche Hinweise.

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. Voir Informations légales.

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. See Legal notice.

Download PDF: 17.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

XXII.

Hotmann's Besuch in Chatillon bei Coligny. — Fortdauernde Friedensaussichten. – Fortschreitende Ausbreitung des evangelischen Bekenntnisses in Frankreich.

H. / Landgraf Philipp von Hessen.

Châtillon 1563. Oct. 3.

Illustrissime princeps, clementissime domine.

Argentorati commendatus mihi fuit Bartholus tabellarius vester, quem mecum usque ad principis Portiani villam quæ in itinere recto est deduxi. — Ibi nuntiatum est, principem Condensem esse cum Admirallio. Et quidem constat inter omnes eum brevi affuturum. — Cum huc venimus in comitatu Domini de Bassi fratris principis Portiani allatus est nuntius Regem, evocasse caussam ducum Guysianorum ad suum sanctum consilium, itaque Condæum huc venturum non esse. Suasit igitur Amirallius ut ad illum proficiseretur. Ego quidquid potui pro meo erga C. V. obsequio diligenter præstiti et doleo me illi longius comitem esse non posse, sed et hic et Aureliis habeo negotia quæ me curare oportet. — De rebus Gallicis ex ipso plura C. V. cognoscet. — Rex alieno animo est ab armis et novis motibus. — Si jus reddendum est ducibus Guysanis sanctioris consilii sui judicium offert. Comestablius caussam nepotum suorum suscepit. Card^lis^ Castillioneus constans est in religione, Condensis ecclesiarum caussam constanter tuetur. Incredibile dictu est, quam multi proceres sese ad religionis caussam adjunxerint. — Navarræ regina ex sua ditione sustulit omnem idolatriam et virtutis exemplum præbet incredibili cum fortitudine animi et constantia. — Plura in præsentia non occurrunt et posthac ut spero melior dabitur occasio — nam hic haereo cum Amirallio et Andelotto, Castellione, quos video religionis nostræ et ecclesiarum Gallicarum fortes patrones ac defensores esse. — Perendie excurram in aulam, unde si occasio

dabitur plura scribam. — Interea Illustrissime princeps, valebis in Domino quem oro, ut C. V. incolumem conservet. —

Castellione 3. Octob. 1563.[1])

Illustriss^ae C. V. deditissimus
Hotomannus.

XXIII.

Zum Verlauf der Bartholomäusnacht. — Die meisten Stadtpräfecten Frankreichs weigerten die Ausführung des Mordbefehls. — Die Papisten, selbst die königlichen Räthe bereuen die Unthat. — Starker Widerspruch zwischen den seitherigen königlichen Erlassen. — Bitte um seine kirchliche Fürbitte und um Verwendung beim Magistrat zur Verhütung eidgenössischen Truppenzuzugs.

Fr. Hotmann an A. Sulzer, Dr. der Theologie und Pfarrer in Basel.

Genf 3. Oct. 1572.

Venerande pater, Jeri per vesperi singulari Dei providentia, clementia et misericordia huc sum advectus et lapsus e manibus carnificum, quorum similes ætas nulla tulit. Cum essem de hujus . . . . . adminutus, deesse meo officio nolui, præsertim ut miserrimas ecclesias nostras tuis precibus commendarem, quarum crudelissima laceratio vel potius laniena ita papistarum nostrorum animos commovit, ut regios consiliarios tantæ tyrannidis magnopere poeniteat. Nam annonæ penuria et caritate et prope fame plebs vexatur, aperteque et palam vociferatur: bellum si ingruat, se patrios sedes relicturam. — Complures præfecti urbium regionum provinciarum

---

[1]) Ein gleichlautendes Schreiben an Herzog von Würtemberg ist abgedruckt in Revue historique d. 1876, I, cit. p. 45.